Epithymi. ana drachmas quinque.
Turbith electi, ſemiunciam.
Diacrydii, drachmas tres.
Radicis Eſulæ,
Hermodactylorum, ana drachmas duas.
Zingiberis, drachmam unam & ſemis.
Cinnamomi,
Myrrhæ,
Spicæ-Nardi,
Croci,
Caſtorei, ana drachmam unam.

Omnia pulverata excipiantur ſufficienti quantitate Syrupi de Pomis compoſiti. Fiat maſſa.

PILULÆ ALTERANTES.

PILULÆ HYPNOTICÆ.

℞ Laudani, unciam unam,
Croci pulverati,
Specierum Diamargariti frigidi,
Confectionis de Hyacintho, ana drachmas duas.
Succini,
Coralliorum rubrorum præparatorum, ana drachmam unam.

Miſceantur omnia cum Syrupi de Nymphæâ ſufficienti quantitate, fiat maſſa ſecundùm artem.

PILULÆ DE CYNOGLOSSO.

℞ Radicis Cynogloſſi ſiccæ,
Seminum Hyoſcyami albi,
Laudani, ana unciam ſemis.
Myrrhæ optimæ, drachmas ſex.
Thuris maſculi, drachmas quinque.
Croci,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134113-p0256-1 DFG

Caſtorei, ana drachmam unam ſemis.

Cum Syrupo è ſucco Cynogloſſi fiat maſſa ſecundùm artem.

PILULÆ DE STYRACE.

℞. Styracis calamitæ,
Olibani,
Myrrhæ,
Succi Glycyrrhizæ inſpiſſati,
Laudani, ana ſemiunciam.
Croci, drachmam unam.

Cum Syrupo de Papavere albo fiat maſſa pilularis ſecundùm artem.

PILULÆ MATTHÆI,

ALIAS STARKII.

℞. Laudani,
Pulveris tenuiſſimi Glycyrrhizæ,
Hellebori albi,
nigri, ana uncias duas.
Saponis Tartarei, uncias ſex.

Miſce exactiſſimè addendo olei Terebinthinæ quantum ſatis, ut fiat maſſa pilularum, quæ toties humectetur oleo Terebinthinæ, quoties ſiccior evaſerit.

SAPO TARTAREUS.

℞. Nitri ex Tartaro fixi calentiſſimi, libram ſemis. Citò in pulverem tenuiſſimum in Mortario ferreo calente redige. Poſteà mitte in ollam fictilem. Affunde ſpiritûs Terebinthinæ circiter uncias duas. Agita ſpathâ ligneâ aut eburneâ. Vas papyro obtege. Parem ſpiritûs Terebinthinæ quantitatem cras affunde. Idque toties repete (materiam identidem movendo) dum ſal ſpiritu Terebinthinæ penitùs ſaturatum fuerit, & in unam eandemque ſubſtantiam coierit. Tunc habebis maſſam mollem, albicantem & unguinoſam.

PILULÆ CHALYBEATÆ.

℞. Limaturæ ferri præparatæ, unciam unam.
Cinnamomi, ſcrupulos duos.
Aloës ſoccotorinæ pulveratæ, ana drachmam unam.
Syrupi de Artemiſia, quantitatem ſufficientem.
Miſce, fiat maſſa pilularum.

PILULÆ ASTRINGENTES.

℞. Boli Armenæ,
Terræ ſigillatæ,
Corallii rubri, ana drachmas duas.
Catechu,
Lapidis Hæmatitæ præparatorum,
Sanguinis Draconis pulverati, ana drachmam unam.
Radicum Symphyti majoris, drachmas duas.
Tormentillæ,
Biſtortæ, pulveratarum, ana drachmam dimidiam.
Maſtiches, ſcrupulos duos.
Laudani liquidi, drachmam ſemis.
Syrupi Myrthini compoſiti, quantitatem ſufficientem, ut fiat maſſa pilularum.

PILULÆ HYSTERICÆ.

℞. Gummi Opopanacis, unciam unam.
Ammoniaci,
Galbani,
Sagapeni, ana ſemiunciam.
Myrrhæ, drachmas duas.
Aſſæ fœtidæ,
Caſtorei, ana drachmas tres.
Olei ſuccini, ſcrupulum unum.
Mithridatii quantitatem ſufficientem ad conficiendam maſſam pilularem.

PILULÆ DE AQUILEGIA.

℞. Seminum Aquilegiæ, drachmas ſex.
Croci orientalis, drachmam unam.
Tartari vitriolati tenuiſſimè triti, ſcrupulum unum.
Conſervæ Cynorrhodonis, quantitatem ſufficientem.
Miſce, fiat maſſa ſecundùm artem.

TROCHISCI.

TROCHISCI PURGANTES.

TROCHISCI DE AGARICO.

℞. Agarici albiſſimi & leviſſimi per ſetaceum trajecti, uncias duas.
Zingiberis, drachmam ſemis.
Zingiber maceretur aquâ Cinnamomi hordeatâ, & fiant Trochiſci.

TROCHISCI ALHANDAL.

℞. Pulpæ Colocynthidos albæ, levis, & à ſeminibus repurgatæ, uncias quatuor.
Eam forficibus minutiſſimè inciſam miſce cum mucaginis Gummi Tragacanthi aquâ Roſarum extractæ quantitate ſufficiente; & fiat maſſa in paſtillos dividenda & exſiccanda. Probè exſiccatam in pulverem tenuiſſimum redige, & per ſetaceum trajice. Huic pulveri denuò adde novam mucaginem Gummi Tragacanthi. Fiat maſſa in paſtillos redigenda & exſiccanda. Tandem paſtillos probè exſiccatos cum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-134113-p0259-1